patri puellae; Noli timere, crede tantum et salua erit.
Et cum uenisset domum, non permisit intrare secum quemquam
nisi petrum et iacobum et iohannem et patrem et matrem
puellae. Flebant autem omnes et plangebant illam.
At ille dixit: Nolite flere, non est mortua sed dormit. Et de
ridebant eum scientes quia mortua esset. Ipse autem tenens
manum eius clamauit dicens: Puella surge. Et reuersus
ē spiritus eius et surrexit continuo. Et iussit illi dari man
ducare, et stupuerunt parentes eius, quibus praecepit
ne alicui dicerent quod factum erat. tolis

CONUOCATIS AUTE DUODECI APOS

dedit illis uirtutem et potestatem super omnia daemonia et
ut languores curarent; et misit illos praedicare regnū dī
et sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in uia,
neque uirgam neque peram neque panem neque pecuniam
neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum in
traueritis, ibi manete et inde ne exeatis.
Et quicumque non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa
et iam puluerem pedum uestrorum excutite in testimoniū
sup illos. Egressi autem circuibant per castella euange
lizantes et curantes ubique. Audiuit autem herodes tetrarcha
quae fiebant ab eo, et haesitabat eo quod diceretur a quibꝫ dā
quia iohannes surrexit a mortuis; a quibusdam uero quia
helias apparuit; ab aliis autem quia propheta unus de an
tiquis surrexit. Et ait herodes: iohannem ego decollaui;
quis autem ē iste de quo ego audio talia? Et quaerebat
uidere eum. Et reuersi apostoli narrauerunt illi quaecumq.
fecerunt. Et assumptis illis secessit seorsum in locū de
sertum qui ē bethsaide. Quod cum cognouissent turbae
secutae sunt illum. Et excepit illos et loquebatur illis